

Habes, cui satisfacias, & quidem volentem. Ad si dubitas, evolve, que Spiritus Ecclesie dicit: Deseram dilectionem Episcopis impunitis, & idololatriam eorum Thyrantibus expulsi: Sardas non plerumque operum inest: Bergamensis nocentes perversa reprehendit: Laodice non filentes divitiis obprobret: & omnes ad Penitentiam commonet, sub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non penitenti, & non nosse penitenti. Dubium si non & alibi hanc clementiam sua profusionem demonstrasset. Non ait, Qui ceciderit, resurgat; & qui averfatus fuerit, convertetur? Ille est scilicet, ille est, qui misericordiam movet, quam sacrificium. Latantur autem, & qui illic Angeli Penitentiam hominibus. Hinc tu peccator, bono animo sit: visibis, ubi de tuo reditu gaudeatur. Quid illa similitudinem dominicarum argumenta nobis vult? Quod mulier drachmam perdidit, & requirit, & reperit, & amica ad gaudium invitat, nonne resistit peccatoris exemplum est? Erat & una Pauperis vicula, sed grex una charior non erat: una illa conquisit, & pro omnibus desideratur & tandem invenitur, & Pauperis istius humeris referretur: multum enim errando laboraverat. Illam etiam misericordiam Patrem non taceo, qui Prodigium filium revocat & post inopiam penitentem libens suscipit, immolat vitulum peripinum, convivio gaudium suum exornat. Quidni? Filium enim invenerat, quem amiserat: carorem patris, quem lucrificaverat. Quis illic vobis intelligendus Pater? Deus scilicet. Tam Pater nemo, tam pius nemo. Ergo testium suum, est acceptum ab eo prodigium, est natus redierit, recipit, quia rediit: magis que de regno tuo, quam de alterius sobrietate latuitur; sed si penitentem ex animo, si famem tuam cum securitate mercenariorum paternorum comparet, si porcos indiditum relinquit penes, si Patrem respicit vel offensum: Deliquit, dicens, Pater, nec dignus jam ego vocari filius tuus.

S. Jo. Chrysostomi, in Parænesi prioris ad Theodorum Monachum lapsum. Talis est (inquit) erga homines pietas Dei: nunquam spernit Penitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum qui pervenit malorum, & inde tamen veli reverti ad virtutis viam, suscipit libenter, & amplectitur, & facit omnia, quatenus ad priorem revertatur, & Refertur Canone Tali, dist. 3. De Penitentia.

S. Augustini, Sermon. 71. alias 11. De Verbi Domini, Docentis, Penitentia quorumcumque criminum locum in Ecclesia non negari: Et ipsos Hæreticos ad hoc utique corripientes Apollolium dicit, Ne forte dei illi Deus Penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Quis est enim fructus correctionis, sine ulla spe remissionis?

Et Ser. 251. alias 50. inter Homilias quinquaginta cap. 5. Si jam de desperatione, addis peccata peccatis, sicut scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit: noli desperare, & elama etiam de profundo ad Dominum, & dicit ei: De profundis clamavi ad te Domine. De tali profundo Ninivita clamaverat, & hanc propitietatem invenit, facilius que est evacuata comminatio Prophete, quam humilitas Penitentium. Hic fortasse dicit: Sed ego jam baptizatus sum in Christo, a quo omnia mihi peccata præterita dimissa sunt, visibilis factus sum nimis, iterum vias meas, & canis horribilis oculis Dei, conversus ad vomitum suum. Quo ideo a Spiritu eius, & a facie eius quo fugiam? Quo frater, nisi ad ejus misericordiam penitendo, ejus propitietatem peccando contempseris? Nemo enim recte fugit ab illo, nisi ad illum, ab ejus severitate ad ejus bonitatem. Quicquid fecerit, quæcumque peccaverit, adhuc in hac vita est, unde te Deus omnino, si sanare nollit, auferet. Cur ergo ignoras, quia penitentia Dei ad Penitentiam te adducit? Qui enim clamando non tibi persuasit, ut non recederes, parando clamavit, ut redires.

Quicunque porro Patres Penitentiam iterari posse negant, de publica duxerunt, & sollempni, non de privata Penitentia loquuntur. Unius est instar omnium S. Ambrosii Lib. 2. De Penitentia, cap. 10. Merito (inquit) reprehenduntur, qui scilicet agendam Penitentiam putant, quia lucubrantur in Christo. Nam si vere agerent Penitentiam, iterandam postea non putarent: quia sicut unum Baptisma, ita una Penitentia, qua tamen publice agitur. Non quotidiani non debet reperire peccatis, sed hoc delictorum leviorum, illa graviorum.

Obijcit quidam illud S. Gregorii Hom. 24. in Evangelia: Penitentia est, & mala præterita plangere, & plangenda non perpetrare. Et illud S. Isidori Hispalensis Lib. 2. Sententiarum, c. 16. Irrisor est, & non penitens, qui adhuc agit, quod penitet. Quomodo ergo vere penitet, ille iterum non peccabit; adeoque Penitentia non iteratur.

Resp. S. Tho. 3. p. q. 84. art. 10. Istos quidem esse veræ Penitentia characteres; sed tamen ad ea penitentem posse deficere, iterum peccando. Ille enim (inquit) est irrisor, & non penitens, qui simul dum penitet, agit quod penitet; vel proponit iterum se futurum, quod gessit vel etiam actualiter peccat eodem. Vel alio genere peccati. Hinc S. Aug. Sermon. 393. alias 41. ex Homiliis quinquaginta: Penitentes, penitentes, penitentes (si tamen penitentes, & non esset irridentes) mutato vitæ, reconciliamini Deo. Unde ad le-

gitimam, sinceramque Penitentiam necessarium esse Cessationem a peccato, & propositum novæ viæ, quod vitæ novæ peccandi excludat, docet Tridentina Synodus. Quod autem aliquis postea peccat vel alio, vel propositum: non excludit quin prima Penitentia vera fuerit: inquit S. Thomas. Nunquam enim veritas prioris actus excluditur per alium contrarium subsequenter. Sicut enim vere curavit, qui postea febricit: ita vere penituit, qui postea peccat. Verum igitur est interdum Penitentia illorum, qui in eadem peccata relabuntur, veritate virtutis; quia peccatum propter Deum detestari sunt, & cum dolore intimo confessi, cum proposito deinceps non peccandi, & divinæ justitiæ satisfaciendi: sed non fuit vera Penitentia veritate perfectionis, (quomodo dicitur, quod verus amor nunquam extinguatur, & verus amicus nunquam deserit;) quia mirum hujusmodi Penitentia stabilis non est, ac perseverans, nec ad finem salutis æternæ perducit: quo sensu S. Aug. Lib. 5. Contra Julianum, cap. 4. ait; Reprobam nomen ad Penitentiam salubrem a Deo adduci. Illam autem Penitentiam; que nullo peccato mortali interrumpitur, & ad vitam æternam perducit. Penitentiam perfectiorum vocat Sententiarum Magister Lib. 4. dist. 14.

At (inquit) Facilitas venia incitentium tribuit delinquendi (ut ait Sermon. 8. in Pf. 118.) Et Quibus proposita spe agenda Penitentia, licentiam sibi delinquendi propagatam putant. Penitentia igitur iteratio, Ecclesiasticæ Disciplinæ relaxatio, & solutio est.

Resp. 1. Facilitatem venia non præbere incitentium de-Interatio. linquendi, nisi detur venia citra formam justitiæ, & pro Penitentia non solvitur. gravibus peccatis leviores satisfactioe imponitur: cum solvitur vero forma justitiæ servatur, & pro gravibus peccatis gratia. ves etiam pœnæ imponuntur, nec tanta est veniæ facilitas, nec peccandi detur occasio. Ita autem res se habet in Penitentia Sacramento, cum ad novitatem, & integratorem, que illius effectus est, sine magis nobis fuerit; & laboribus, divinis ad exigentiam justitiæ, pervenire nonquam possumus; ut merito Penitentia laboriosus quidam Baptismus a SS. Patribus dictus fuerit, (inquit Sacra Synodus Trident.)

Hæc Responso est eodem S. Ambrosii loco, scilicet ex Sermon. 8. in Pf. 118. eniur. In ipsa (inquit) Ecclesia, ubi maxime misereri decet, teneri quæ maxime debet forma justitiæ: ne quis Communionem conferat absente, brevi lacrymula, & ad tempus parata, vel etiam ulterioribus satisfactionibus Communionem, quam plurimè debet postulare temporibus, facilitate sacerdotis extorqueat; Nonne cum non indignè indigno, plurimos facit ad prælosum: contumacem provocat? Facilitas enim venia incitentium tribuit delinquendi. Hæc te dictum est, ut sciamus secundum verbum Dei, sciamus rationem dispensandam esse misericordiam delinquentibus. Neque vero Deus, & Ecclesia veniam tribuit, ut Dei misericordia abutatur; sed ut mores in melius emendentur, & ne creatura ad imaginem Dei condita, & pretioso Christi Sanguine redempta perdat. Unde idem S. Anselm. Lib. 2. De Penitentia, cap. 9. ait: Penitentia remedium peccati est, non peccandi incitentium. Iter tione igitur Penitentia non solvitur disciplina; qui etiam ipse venia non negetur, severior tamen satisfactio pro peccatis iteratis, secundum Ecclesiæ disciplinam, exigitur.

Resp. 2. Esti nonnulli ex præsumpta spe veniæ minus a peccato caveant, gravius tamen malum emeritum, si spes veniæ penitus tolleretur. Qui enim ex infirmitate relapsi essent, sublata spe veniæ in omnia fugitia marent precipites. Ita respondet S. Aug. Sermon. 352. alias 27. inter Homilias quinquaginta. In quibuscumque peccatis (inquit) non perdit visera pia mater Ecclesia. Ergo solent inde etiam Paganis quasi insultare nobis, noscens quæ loquuntur. Vos inquam, facitis, ut peccatis homines, cum illis promittitur veniam; si egerint Penitentiam. Dissolutio est ista, non admonitio. Tamen quomodo vincatur, breviter accipias caritas vestra, quia Dominus misericordiam totum optime constituit in Ecclesia, sua. Dicitur non dare peccatis licentiam, quia sortum Penitentia pollicetur. Si clauderetur aditus Penitentia, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quante magis sibi desperaret ignoscere? Diceret enim sibi, Ecce peccavi, ecce scelus admissi, jam mihi venia nullas est locus; Penitentiam infirmitas est, damnatus sum: quare jam non vivo, ut volo? Quia ibi non invenio caritatem, hic saltem pœnæ capiatatem. Quis ergo Deus, ne per illam spem indulgentiam versus augetur peccata, non debent providere debuit? Quomodo enim providit, ne disperando angustaretur, sic providere debuit, ne sperando angustaretur. Quo modo revera auget peccata, qui desperaverit, sic potest auget peccata & qui veniam speraverit: ut dicit sibi, Faciam, quod volo, Deus bonus est, quando me convertere ignoscet mihi plane. Ita dicit sibi, Quando me convertere ignoscet mihi, si erraveris dies certis est tibi. Nonne ad hoc te admonet Scriptura dicens, Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem, subit enim veniet ira ejus: & in tempore vindictæ disperdet te? Ecce ad utrumqueque vigilavit pro nobis Providentia Dei. Ne disperando augetur peccata, propositus est Penitentia sortum vestrum ne sperando augetur, & datus est dies mortis incertus. Nullus ergo peccator de venia desperet, nec Judam tra-

ditorem imiteatur, quem non tam scelus, quod commisit, quam venia desperato interire fecit. Non erat dignus misericordiam (inquit S. Aug.) ideo ei non fuisse lumen in corde, ut ad ejus indulgentiam concurreret, quem tradiderat sicut illis, qui cum crucifixarent, sed desperando se occidit, & laqueo suspendit se, suffocavit se. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius. Quomodo enim, qui collum sibi ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus veris hujus; sic illi, qui desperant de indulgentia Dei, ipsa desperatione inuis se suffocant, ut eos Spir. Sanctus visitare non possit.

Quæres forsitan, cur Penitentia potius iteretur, quam Baptismus, cum utrumque Sacramentum virtutem omnem habeat ex Passione Christi, quia una est, nec iteratur? Resp. Id intercedere discrimen, quod Baptismus virtutem habeat ex Passione Christi, ideo spiritualis quædam generatio, cum spirituali morte præcedit vitæ conjuncta, statutum est autem omnibus hominibus semel mori, & semel nasci: ideo semel tantum debet homo baptizari. Sed Penitentia virtutem habeat ex Passione Christi, sicut spiritualis Medicina, que frequenter iterari potest. Sic respondet S. Tho. 3. p. q. 84. art. 10. & 8. Sententiarum, dist. 15. qu. 1. art. 4. qu. 2. ubi et alio discrimine rationes afferit. Et non est dicere (inquit) quod Penitentiam non possit iterari, & misericordiam divinam contrarium. Causa autem quare iteratur, cum Baptismus non iteratur, est quadruplex. Prima est, quia Penitentia non imprimi Characterem, sicut Baptismus, Character enim indelebilis est. Secunda, quia Baptismus est contra morbum non iterabilem, scilicet originale peccatum; Penitentia autem contra actuale peccatum, quod iteratur. Tertia causa est, quia Baptismus habet totam efficaciam a Passione Christi sine actu nostro; & ideo quia Passio est una tantum, & Baptismus est unus; sed Penitentia etiam requirit actum nostrum, & ideo ratione ejus iterationem suscipit. Quarta, quia Baptismus est generatio spiritualis; sed Penitentia est quedam sanatio spiritualis: semel autem aliquid generatur, sed pluries curari, sive sanari potest, quoad in hac vita vivit.

PROPOSITIO VIII.

Penitentiam interiori ad finem usque vita durare oportet, non exteriori.

Ita docet S. Thomas 3. p. q. 84. art. 8. Prima propositio- nis pars inde probat, quod semper homini displicere debeat commissum ab ipso peccatum. Si enim ei placere peccata, jam ex hoc ipso peccatum incurret, & fructum veniæ perderet. Displicere autem dolorem causat in eo, qui suscipitur ex dolore, qualis est homo in hac vita. Hinc Auditor Libri De vita, & falsa penitentia inter S. Augustini Opera editi, cap. 13. Ubi (inquit) dolor finitur, desinit & Penitentia. Si autem Penitentia finitur, quid relinquatur de venia? Dicit enim Dominus, Vide, & non amplius peccare. Non dicit, Ne pecces; sed, Ne peccandi voluntas in te oriatur. Quod quomodo servabitur, nisi dolor continue in penitentia existat? Nam Vera Penitentia (inquit S. Thomas) non solum remouet peccata præterita, sed etiam præferat homines a peccatis futuris. Quamvis igitur homo statim itaque vere ad Deum conversus est, & sinceram Penitentiam aspirante Dei gratia concepit, remissionem consequitur præteritorum, secundum illud Exec. 18. Si impius egerit Penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, &c. vita vivet, & non morietur: postea tamen Operet in homine perseverare Penitentiam, ne iterum incidat in peccatum. Unde Sacra Synodus Tridentina sess. 14. in Decreto De Extrema Unctione, ait: Tota Christiana vita perpetua penitentia esse debet.

Alteram Propositionis partem inde probat S. Thomas quod certa temporis intervalla Canones Penitentibus præscribant, quantum ad Penitentia exterioris actionem, cui illud Jeremias accommodat. Quiescat vox tua a floratu, & oculi tui a lacrymis, quia ipse meritis operi tuo. Est autem tunc ad Penitentiam plena remissio peccati quoad culpam, & pœnam: post cuius consecutionem non est necesse, quod homo interiori Penitentiam agat. Id porro discrimen rursus statuit S. Tho. interiori inter, & exteriori Penitentiam: quod Agere penitentiam interiori simul, & exteriori pertinet ad statum incipientium, qui de novo redeunt a peccato; hic enim primus vitæ spiritualis gradus est, quem Theologie Mystice Magistri Vitam purgativam appellant; sed penitentia interior habet locum etiam in profectibus, & perfectis, secundum illud Pf. 83. Unde factus in corde suo assipuit, in valle lacrymarum. Unde & S. Paulus Penitentia Spiritu animatus dicebat. Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Spectari potest iterum Penitentia secundum actum, & secundum habitum. Priori quidem modo spectata necesse est somno saltem, & aliis que ad corporis necessitates pertinent, interpellari. Posteriori modo, continua esse debet (inquit S. Tho. art. 9. ejusdem Questionis) & quantum ad hoc, quod homo nunquam aliquid contrarium Penitentia faciat, per quod habitualis dispositio penitentis tolla-

cur, & quantum ad hoc, quod homo debet in proposito quætere, quod semper sibi præterita peccata displicent. Penitentia certe peccatorum venialium, tam interior, quam exterior, perpetua esse debet, cum illa quod inferi- rebit. Unde Quodammodo penitentiam S. Aug. vocat Sermo- nem 351. & 32. Penitentia, alias Homilias 27. & 50. inter quinquaginta. Hinc quotidie pectora tundimus, & orantes dicimus, Dimitte nobis delicta nostra sicut & nos dimittis delictorum debitoribus nostris. Non enim ea dimittis peccata, que jam in Baptismo dimissa sunt; sed neque de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificium elemosinarum, jejuniorum, & ipsarum orationum, ac supplicationum quas pro suis viribus offerre non cessat. Inimicum salutis nostræ in hac mortali vita, que milita est super terram, bonis operibus percucimus, ab eo etiam late percucimur, est non semper deiciamus. Sed neque facilius ab inimico deiciamus, quam cum eum superbiendo imitamus, nec vehementius eum proferimus, quam cum humilitate Dominum sequimur; nec acriter ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum nostrorum confitendo, & penitendo sanamus (inquit S. Aug.)

Neque tamen hoc solum nomine profectus estiam, & Perfecti perpetuam Penitentiam agere debent; verum etiam vitæ hujus penitere quodammodo illos debet, que corruptio- nibus, tentationibus, & peccatis est obnoxia. Altera vero penitentia est (inquit S. Aug.) eorum actio totam ipsam vitam, quam, in carne mortali degimus, perpetua supplicatio- nis humilitate subvertenda est. Primo, quia nemo vitam æternam, incorruptibilem, immortalem desiderat, nisi eum vita hujus temporalis, corruptibilis, mortalisque parit- seat. Non enim sic quisque in vitam novam per sanctificationem Baptismi nascitur, ut quemadmodum deposit ibi omnia peccata præterita, ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque deponat. Quod si non ita est, restat, ut illud, quod etiam quisque in se ferit adhuc dum in hac vita est, Corpus, quod corrumpitur, aggregat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quod tunc in illa beatitudine, quia non erit, cum absorbebit mors in vitam, qui dabitur, in quacumque temporalis felicitate versatur, penitere tamen non debere hujus- vite, ut ad illam incorruptionem vitam aviditate curramus? Iude est enim, quod etiam Apostolus ait, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino: per si dem enim ambulamus, & non per speciem. Quis ergo festinat, atque optat ad Patriam remare, & illam spectat, quæ est facie ad faciem contemplari, nisi quem peregrinationis sui percurrit? Ex quo dolore penitentiæ, etiam vox illa miserabilis erumpit, & sonat, Hereditas, quia incertus meus prolongatus est!

Et infra de dispensatoribus verbi Dei, & Sacramento sic loquitur. Non solum propter ipsam vitam hujus mortalitatem, & ignorantiam, sed etiam propter ipsam pulcherrimam mundum hujus, qui per incertam consulationem consulationis pedibus adhaerescit, & damnat, quæ in ipsa negotio summa dispensationis actione contingunt, quæ Dominus præstat, ut cum leviter majoribus compensetur, quod illam debemus habere penitenti- am. Quanto ergo magis Ecclesie Procuratores, & sacra- mentis negotio obligati, quotidianam debent agere penitenti- am? Qui quomodo austeris, a rapinis, a fraudibus, ab adulteriis, & fornicationibus, omnique luxuria, ac viciis delictorum, & inimicorum pernicia, ab omni denique idola- tria, & spectaculorum vana gloria, barum, atque solibi- matum impia vanitate, atque ab omnibus ejusmodi flagitiis, & facinoribus immunes, puri, atque integri esse debeant; tamen propter administrationem verum familiarium, & conjugium archissima vincula, tam multa peccata, ut non tam de ipsius mundi pulvere aspergi, quam luto obliniri videantur,

CAPUT II.

De Penitentia fructibus, & effectibus.

PROPOSITIO PRIMA.

Primus effectus Penitentia est omnium Remissio peccatorum.

Dogma Fidei est verbo Domini firmatum, Ezechielis 18. Effectus Penitentia. Si impius egerit Penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quæ operatus est, non recordaber. Et cap. 33. II. 14. 15. 16. Si dixerit impius, Morte morietur, & egerit Penitentiam a peccato suo, facietque iustitiam, & iustitiam, &c. vita vivet, & non morietur. Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei: iudicium, & iustitiam fecit, vita vivet. Et Mich. 7. 18. 19. Quis Deus similis tui, qui auferit iniquitatem, & transi- picatum reliquiarum iniquitatis tua? Non immittere ultra superbum suum, quoniam volens misericordiam esse. Revertetur, & miserabitur nobis: deponet iniquitates nostras, & proficiet in profundum maris omnia peccata nostra. Item Isa. 40. Examinis, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis vestris, quiescite agere perverſe, discite bene.

Penitentia peccatorum venialium, tam exterior quam interior, perpetua esse debet.

Sp. 9. 13.

1. Cor. 5. II. 119. 5.

* Ideo Laici.

Tim. 1. 25.

1. Cor. 13. 3.

Pf. 139.

Cur penitentia iteratur, quam Baptismus.

Interatio Penitentia non solvitur morum de- disciplina.

Interior penitentia.

Spe venia involuta, gratia vivit, etiam emergentia.

1. Cor. 13.

Eccl. 1. 8.

1. Cor. 13.

... Si fuerint peccata vestra in coelum, quasi nix dealbabitur. Neque enim Deus, cujus perfecta sunt opera, peccatoris vere penitentis ex parte miseretur, ut quidam ei peccata condonet, non omnia: neque id patitur amicitia ratio, in quam ipsum restituit. Quamvis enim in debitis peccatis possit unum remitti sine alio, non tamen in debitis culpe (inquit S. Thomas) Calcem enim mortalem Deus non remittit, nisi diligendo, secundum illud Jerem. 13. In caritate peccata dilexi re, ideo atraxi remissionem. Caritas vero Dei cum sterilitate non possit, gratiam, & caritatem diffundit in cordibus nostris per Sp. Sanctum: cum igitur mortale quodlibet peccatum pugnet cum gratia, & caritate, & eis extinguit, unum peccatum remitti sine alio, impossibile est: Præterea, Deus veniens peccatori per penitentiam spondit, Veram autem, & sinceram penitentiam esse non potest, quin omnia, & singula peccata mortalia ex æquo detestetur, & deserat. Si enim displiceat ei peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem vere penitentiam) sequitur, ut eum omnium peccatorum pariter peniteat. Ita ratiocinatur S. Thom.

3. p. q. 87. art. 3.

Effectus Penitentiae.

Terzio, Penitentia resurrectio est animae a peccato; resurgere autem ex parte, & ex parte mortuum manere, impossibile est. Id, ut intelligatur, sciendum est, peccatum esse mortem animae, Deum esse ejus vitam. Cum vivit anima in iniquitate, mors ejus est: cum autem fit iustus, fit particeps alterius vite, quae non est quod ipsa; erigendo se quippe ad Deum, & inbarendo Deo, ex illo justificatur. ... Describendo ab illo fit iniqua, proficiendo ad illum fit iusta. ... Cum se erigit ad aliquod, quod ipsa non est, & quod supra ipsam est, & a quo ipsa est, percipit sapientiam, iustitiam, pietatem: sine quibus cum esset, mortuus erat, nec vitam habebat, quae ipsa viveret, sed quae corpus vivificaret. Aliud est enim in anima, unde corpus vivificatur, aliud unde ipsa vivificatur. Melius quippe est quam corpus: sed melius quam ipsa est Deus. Ergo quippe, etiam si sit insipiens, injustus, impius, vitia corporis. Quia vero vita ejus est Deus, quomodo cum ipsa est in corpore, praestat illi vitam, decorem, mobilitatem, officia membrorum, sic enim vita ejus Deus in ipsa est, praestat illi sapientiam, pietatem, iustitiam, caritatem. Venient itaque verbo, & infuso audientibus, factique illis non solum audientibus, sed etiam obedientibus resurgit anima a morte sua ad vitam suam, hoc est: ab iniquitate, ab insipientia, ab insipiente ad Deum suum, qui est illi sapientia, iustitia, caritas. Verbo sunt S. Aug. Tract. 19. in Joannem.

Et Ser. 1. in Pl. 20. Cum anima suscitatur Deus, nisi ad sit, suscitatur, suscitatur non vivit. Non enim suscitatur, & dimittitur, ut vivat sibi sicut Lazarus quando resuscitatur, est quatuordecim mortuus, resuscitatus est corpore per Domini corporalem praesentiam. Resuscitatus est Divina praesente, sed vivit & Domino absente. Non sic anima suscitatur: suscitatur illam Deus, movetur, si desceat Deus. ... Dicitur, quod anima Deus: quomodo si anima desceat, & moritur corpus: sic anima moritur, si desceat Deus. Ipsa est ergo gratia eius, ut suscitetur, & fit nobiscum. Propositio nostra confirmatur ex Conc. Trid. Sess. 14. c. 3. Re. inquit, & effectus hujus Sacramenti, quantum ad eius vim, & effectum pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interduam in virtutibus, & cum divinatione hoc Sacramentum percipientibus, conferentiam pacis, & serenitatis cum vehementi spiritus consolantem consequi solet.

PROPOSITIO II.

Penitentia reatum poenae aeternae cum peccato mortali simul expungit; non vero debitum poenae temporalis semper tollit.

S. Th. 3. p. q. 86. art. 4.

March. 3.

Prima pars Propositionis ex Scriptura Sacra perspicua est. Ezech. 18. 21. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & custodierit omnia praeccepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quae operatus est, non recordabor. Et c. 33. Nolo mortem impij, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat. Quod quidem de aeterna, & beata vita intelligendum esse, plane constat. Unde Christus ipse Dominus Regnum Coelorum penitentiae pollicetur, Praecursoris sui voce, Penitentiam agite: appropinquavit enim Regnum Coelorum. Et certo cum peccator per penitentiam ex iniuncto latius, ex inimico amicus, ex servo peccati filius adoptivus Dei, fit Haeres secundum seipsum via aeternae, ut loquitur Conc. Trid. Sess. 6. c. 7. Qui autem jus habet ad vitam aeternam, non remanet reus aeternae damnationis: siquidem nihil damnationis est illi, qui sunt in Christo Jesu; (ex Apoll. ad Rom. 8.)

Pars altera Propositionis non minus certa est. Quamvis enim contritio, & caritas penitentis tanta, & tam fervens esse possit, ut non solum poena aeterna, sed & temporalis ipsi itatim remittatur, id tamen semper non fieri, sed post suam reconciliationem cum Deo, & acceptam justificationem gratiam ipsam frequenter poenae temporalis debitorem manere, probat exemplum Israelitarum, quibus

Effectus Penitentiae.

est Deus murmurationis peccatum dimisisset, in peccati tamen ultionem neminem eorum Terram promissam ingredi voluit, ut habetur Num. 14. 20. 22. 23. Quae enim pena plexus est Aaron, eo quod incredulus fuisset verbo Domini ad Aquas contradictionis, (ut habetur Num. 20. 24.) & Moyses eo eisdem culpam, quae tamen ipsi a Deo condonata fuerat? (Num. 28. 13. 14.) Idem probat exemplum David Regis, cui homicidii, & adulteri crimina propter penitentiam condonata sunt, poena tamen temporalis irrogata est. 2. Regum 12. 13. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum, non morietis. Verumtamen quoniam blasphemiam fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur. Idem Rex ob numeratum ex superbia populum a Gad Propheta correptus, impetrata licet peccati venia; tri-dana peste, ex tribus flagellis a Deo oblitus electa, populam Israel ob peccatum suum percipi vidit, ac doluit. Dixitque David ad Dominum, cum videret Angelum edentem populum: Ego sum, qui peccavi, ego inique egi: isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum Patris mei. Hinc S. Aug. in Psal. 50. hunc Vestrum, Ecce enim veritatem dilexisti, sic explicat: Impunita peccata animae eorum, quibus ignovisti, non reliquisti. Sic misericordiam praerogasti, ut servares & veritatem. Ignovisti confidentem, ignovisti sed sensum patientem: ita servatur misericordia, & veritas; misericordia, quia homo liberatur, veritas, quia peccatum puni-tur. Et infra: Aliquando Deus, cui ignovisti in futuro (scilicet David, cui dicitur jam fuerat per Prophetam, Dimissum est tibi peccatum tuum, evenerunt quaedam, quae minutas erant Deus propter ipsum peccatum. Nam filius ejus Absalon aduersus eum eruentum bellum egit, & in multis humiliauit Patrem suum. Ambulabat ille in dolore, in tribulatione humilitationis suae, ita subditus Deo, ut omnia iusta et iudicia, confiteretur, quod nihil poterat indigni, habens iam rectum cor, cui non displicebat Deus. Injurium quemdam, & in os isti dura maledictio iacientem patienter audiebat, ex adversa parte, unum ex Milibus, qui erant cum filio eius impio, Et cum ille iaceret maledictio in Regem, iratus unus ex comitibus David, voluit ire, & percussere eum: sed prohibuit a David. Et quomodo prohibuit? Ut diceret, Deus illi miser, ut mihi malediceret. Agnoscent culpam suam, amplexus est poenam suam, quarens gloriam non suam. Et Tr. 124. in Joan. Proditoris (inquit) est poena quam culpa; ne per peccatum culpam, sicut illa vincitur, & poena. Hinc S. Gregorius Lib. 9. Moralium, cap. 17. Delinquenti (inquit) Dominus nequaquam parci, quia delictum sine ulione non deservit. Aut enim ipse hoc homo in se poenitentem punit, aut hoc Deus cum homine vindicantem percussit. Nequam igitur peccato paritur, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Sic David, audivit post confessionem meriti: Dominus transiit peccatum tuum. Et tamen multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpa, quam perpetraverat, exsoluit.

2. Reg. 17.

2. Reg. 12. 13.

1. Reg. 10.

2. Reg. 6.

Quamvis autem Baptismo non solum poena aeterna, sed etiam temporalis poenae condonetur, quia Passio Christi homini applicatur, ut in ipso resanctetur, & in ejus familiarum per ipsum Baptismi Sacramentum cooptato, non tamen tota semper condonatur poena per penitentiam, quia Passio Christi Penitentibus applicatur, tamquam ingratas, & ab innocentia Baptismi lapsas. Unde misericordiam iustitia temperatam in ipis exercere Deus statuit, ut scilicet concessa venia peccatorum, & solum poena aeterna restituta, nihilominus poenae temporalis exigeret, vel in hoc saeculo, vel in altero luendam. Quod Satisfactionem, Indulgentiarum, & Purgatorii fundamentum est. Quomobrem Sic Synodus Trid. Sess. 14. cap. 8. declarat. Falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quia universa etiam poena condonatur: perspicua enim, & illustrata in Sacris Litteris exempla reperitur, quibus praeter divinam Traditionem, hic error quam manifestissime vincitur. Sane & divina iustitia ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptisimum per ignorantiam deliquerunt, aliter vero, qui simul a peccati, & damnationis servitute liberati, & accepto spiritus Sancti dono, scientes templum Dei violare, & spiritum Sanctum conturbare non dubitaverunt.

Et can. 12. errorem Haereticorum afferentium totam poenam simul cum culpa Penitentibus semper a Deo remitti, damnat his verbis: Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa remitti semper a Deo: satisfactionemque Penitentium non esse aliam quam suam, quae apprehendunt Christum pro eis satisfecisse: Anathema sit.

PROPOSITIO III.

Homo per Penitentiam gratiam, & virtutes recuperat.

Significatur Parabola Filii Prodigii, cui Pater iuste restituit Stolum primum, & annulum, & calcamentum, ut habetur Luc. 15. peccatori enim ex animo penitenti, ex longinqua dissimilitudinis regione ad Patrem Optimum redeun-

S. Th. 3. p. q. 89. art. 3.

Deum, dicentique, Pater, peccavi in caelum, & carnis te; ita veniam concedit misericors Deus, Ut veniens, & ad hoc longe postea occurrit, oculum tribuit, quod est in-figne sacrae pacis, Stolum proferri iubens, quae restis est ne-pitalis, quam si quis non haberit, a convivio mensalis ex-cludatur, det annulum in manu ejus, quod est fidei pignus, & Sancti Spiritus signaculum, calcamentum deseri praecipit: Celebratur enim Pascha Domini, epularum Agnum, re-ctum debet aduersus omnes incensus bestiarum spiritualium, morsusque serpentium habere vestigium, vitulum praecipit oc-cidi, quia Pascha nostrum immolatus est Christus, ita quo-tiescumque peccata donantur, Corporis ejus Sacramentum su-mimus: ut per sanguinem ejus fiat peccatorum remissio. Ver-ba sunt S. Ambrosii Lib. 2. De Penitentia; cap. 3.

Penitens in-cuperare non possit, interdum tamen gratiam recipit ubiorem, ut docet S. Gregorius, Hom. 34. in Evangelia, ubi in eum sensum dominica die verbi interpretatur: Dico vo-bis: quod ita gaudium erit in caelo super unum peccatorem-penitentem agentem, quam super nonaginta iustos, qui non indigent penitentia. Quia (inquit) plerumque experi-mur, quod Ii, qui nullis se oppressis peccatorum molibus sciunt, sicut quidem in via iustitia, nulla illicita peccata, tunc tamen ad caelestem patriam anxie non anhelant, tantoque sibi in rebus licitis usum praebent, quanto sepe praerastis nul-la illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exer-cenda bona praecipua: quia valde sibi securi sunt, quod nul-la commissoria mala graviora. Ad centra nonnunquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescunt in amore Dei, & seque in magnis vir-tutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis aperunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contu-melias laetantur, flagrant desiderio, ad caelestem patriam an-helant; & quia se errasse ad Deo considerant, aeterna pre-co-dentia laeris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccato-rum conversio, quam de sane iusto gaudium fit in caelo; quia & Dux in praesidio suo ad dilectum diligit, qui post su-gnam reversus, hostem scriber premit, quam illum, qui nunquam tora praebuit, & nunquam aliquid fortiter gestit. Sic agricola illam amplius terram amat, quae post spi-rum uberes fruges praebet, quam eam, quae nunquam spi-rum habuit, & nunquam profert messem producit.

Quamvis porro Deus peccatorem penitentem in prima-riam, & praecipuum dignitatem restituit, ut divinae con-scientiae fors fit naturae, & inter filios Dei per gratiam censetur; iure tamen ad ecclesiam constitutum est, ne graviorum quorundam criminum reus Ecclesiae Dignitates, vel Ordinum Ministeria restituerentur vitandi scandali, & sciendae Dignitates, disciplinae causa, ut explicat S. Aug. Ep. 185. aliis 50. ad vel sacro-rum Ordinum Ministeria restituerentur, vel ad Clericatum rediret, ut in Clericatum maneat, non desperatione indigentia, sed rigore factum est disciplina. Aliquam contra Clerici datas Ec-clesiae disputabitur, de quibus dictum est. Quae solveteris in terra, soluta erunt in caelo. Sed non forsitan etiam detestis criminibus, spe honoris Ecclesiae officio inimicis intumescens super-be ageret penitentiam, seorsimque placuit, ut post altam de crimine damnablem penitentiam, nemo fit Clericus, ut desep-tatione temporalis alicuius medicinae maior, & verior esset humilitatis. Nam & S. David de criminibus notiferis pen-itentiam legit, & tamen in honore suo proficit. Et verior esset penitentiam, quando amarissimas lacrymas fudit, utique Dominum negasse penituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligentia, qui uti sal-utari nihil detrahendum, humilitate aliquid addiderunt, quod alius cuius minueretur, experti erant aliquorum scilicet penitentias per affectus bonorum potentias. Cognat enim multas invenire medicinas multorum experientia morbo-rum. Hinc certe criminibus annexa Irregularitas, quae Penitentia non solvitur.

Effectus Penitentiae.

Jure Eccl. sacrum est ne gravi-um crimi-num reus tenentur, nisi penitentiis, & ceteris. Hinc S. Gregorius Lib. 9. Moralium, cap. 17. Delinquenti (inquit) Dominus nequaquam parci, quia delictum sine ulione non deservit. Aut enim ipse hoc homo in se poenitentem punit, aut hoc Deus cum homine vindicantem percussit. Nequam igitur peccato paritur, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Sic David, audivit post confessionem meriti: Dominus transiit peccatum tuum. Et tamen multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpa, quam perpetraverat, exsoluit.

Cui poena peccati per penitentiam non semper tota condonetur, sicut per Baptis-mum.

PROPOSITIO IV.

Bona opera subsequente peccato mortificato, per Penitentiam recuperantur.

Opera in I. Opera in statu mortali peccati facta, mortuus esse certum, a quo sunt, quae nulla vim habent perdendi hominem, a quo sunt, ad vitam aeternam, quae vis, & efficacia tota est ex gratia, & caritate. De qua Apoll. 1. ad Cor. 13. 3. Si desideraverit in cibus passerum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuerim, nihil mihi prodest.

II. Non minus certum est opera in caritate, & ex caritate facta, quae vite aeternae meritoria sunt, subsequente peccato mortali mortificati, cum a proprio suo effectu, si-ve operatione, que promotio est, ac perductio ad vitam aeternam, impediuntur, gratis, & caritate in anima extin-guita. Unde Ezech. 18. 24. Dominus ait: Si averterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, secundum omnes a-bominaciones quas operari solet impius, nunquid vivet? Omnes iustitiae ejus, quae fecerat, non recordabuntur. Hinc

S. Th. 3. p. q. 89. art. 3.

Opera mor-tali subse-quenti peccato mortali mortifica-ta.

Apostolus Galatis post egregia virtutum opera in Iudaeismum prolapsus ait, c. 3. Epistolae ad ipsos scriptae: Sic stultus estis, ut cum spiritu operati, manes carne consumimini? Tanta passis estis sine causa? Hinc S. Joannes Ep. 2. 8. Vi-dete (inquit) vosmetipsos, ne perdati sitis, quae operati estis: sed ut mercedem plenam accipiat. Et Apoc. 3. 2. Tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam, Hinc S. Hieron. illud H. 3. Pulcherrimi quoque viri qui gladio cadunt, & fortes tui in praesidio, sive secundum Verionem septuaginta Interpretum, Et filius tuus pulcherrimus, quem diligit, gladio cadet, moraliter interpretatur De Anima statu, quae post virtutes peccaverit: pulcherrimum filium ejus, bona opera intelligit, quae hostili gladio occiderunt: & fortes quosque perisse in praesidio quia iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die aberraverit.

Hoc etiam sensu explicat S. Hieron. illud Aggai 1. v. 6. Et qui mercedem congregavit, misit eam in saeculum per-tusum; cum sic ait: Si quis a nobis homo operatur, & di-gna mercede, quam nobis reddidit, est Dominus. ... Ibi congregat conservandas mansurasque mercedes: & virtute-bus virtutes semper adiungens, concors pecunias in saeculum non peritum. Qui autem post bona opera non sa-mel, & bis, sed frequenter peccat, & praevaricanti-entem sequentibus virtutibus obscurat, & forditat, iste in per-tusum saeculum pecunias congregat.

III. Certum etiam est, opera ex genere suo bona, sed nihilominus mortua, quia edita sunt ab homine gratis, & a. Opera caritate, quae spiritualis vitae principia sunt, destituito, nusquam per Penitentiam reviviscunt, quia fieri non potest, ut reviviscat, quod nunquam vixit, & omnino perit. Operae autem illa nunquam ex principio vixit, scilicet ex fecant. Caritate processerunt: quomobrem per Penitentiam non re-viviscunt. Nec Deus rationem eorum habet ullam, ut ea remuneret in vita aeterna, quae solis operibus vivis, id est, ex caritate factis promissa est: quamvis illa interdum pro-mox aliquo temporali remuneret. Unde S. Greg. Hom. 40. in Evangelia ait: Ista sententia pavore perit indiget, quam expositione. Nam si quis esset, qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepisset, ipsum, ut ita dicitur, donum exte-riorum pertimescere debetis: ne vobis pro quorundam vestro-rum actuum recompensatione sit datum: ne Iudaei qui hic bo-na exteriora restituit, a retributione boni intini repellat: ne honor hic, vel divitia, non adimentum virtutis, sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dum dicitur, Recedite bona in vita tua, indicatur, & dicitur esse boni aliquid hu-buisse, ex quo in hac vita bona recipiet. Rursusque dum Lazarus dicitur: quia recepit mala, profectus monstratur, & Lazarus habuisse malum aliquid, quod paraverat. Sed mala Lazari paraverat ignis infernalis, & bona Divitis remu-neravit felicitas transiensis vitae. ... Quomobrem ergo homo in hoc saeculo habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorumdem remuneratio sit bonorum. Atque in hunc sensum explicat S. Th. locum S. Hier. in c. 1. Aggai Prophetae scribentis: Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quon-dam nonnulla, quae iusta sunt, non istam inobis Deum, sed propter multa mala oblitiscatur peccatorum bonorum. Quam-vis & aliam hujus loci explicationem afferat Doctor Ange-licus, Deum scilicet bonorum illorum non oblivisci, quia propter illa homo in peccatis perseverans, tolerabilius iudicium patietur. Quod insigat S. Aug. testimonio confirmat Lib. De Patientia, cap. 26. ubi de Schismatico pro Christo persecutionem patiente sic loquitur: Non enim dicere poterim, melius ei fuisse, ut Christum negando nihil eorum pa-teretur, quae passus est constitudo: sed existimandum est, forsasse tolerabilis ei futurum iudicium, quam si Christum negando cuncta illa vitaret: ut illud, quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum, ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest, nihil profectu intelliga-tur ad Regnum Coelorum obtinendum, non ad extremi iudicii tolerabilis supplicium subundum.

Luc. 16. 13.

Effectus Penitentiae.

1. Cor. 13. 3.

IV. Verum bona opera subsequente peccato mortificata, per Penitentiam reviviscunt, id est, recuperant efficaciam, perducendihominem, a quo sunt edita, in vitam aeternam, quae, subse-quentum quod remanet in acceptatione divina, ut loquitur S. Thomas. Hanc enim efficaciam amittunt vitante peccato, quo indignus factus fuerat vita aeterna. Itaque cum peccato per impedimentum Penitentia remouetur: Hinc Ezech. 18. de Peccatore Penitente dicit Dominus: Omnium iniquitatum ejus non recordabor: in iustitias suas, quae operatus est, vi-vet. Antiquorum autem peccatorum Dominus recordatur, si opera olim in caritate, & ex caritate facta nullo numero, & loco haberet, & sine premio vite aeternae dimitteret, ob hujusmodi peccata, de quibus acta Penitentia est.

Hinc Joels 2. ubi Dominus dixit, Convertimini ad me in toto corde vestro, &c. subdit v. 25. Et reddam vobis annos quos comedit locustas, bruchus, & rubigo, & eruat quod de metris peccato subsequente perditis S. Hier. inter-pretatur: Ne times (inquit) Terra, immo confide, atque letare; quae prius semenem dominicam tua ariditate perdidit: quia magnificavit Dominus, ut faceret tecum miseri-cordiam. ... Et lignum Crucis offerret fructum suum, & sp. Sancti dona dulcissima suam cunctis tribuerent largitatem.

Vos quoque, quos iuste post penitentiam vocaverunt, & Ecclesia, latamini, atque gaudeat, quia dedit vobis Deus Pater Doctorem iustitiae, sive tribuit vobis alimenta iustitiae, & descendere fecit ad vos pluvias temporales, atque fructuosas. Pluvia temporalis est, quando laboris vestri fructus recipimus. Pluvia serotina, quando laboris vestri fructus recipimus. Et non solum, inquit, hoc dedit, sed fecit vos novis virtutum frugibus abundare. Et amas, quos perturbantibus ante regnantes perdidit in vobis, quando opera vestra levis, brevis, rubigo, erucisque consumiserunt. Deus vobis perire non passus est. Tunc comeditis fructus iustitiae, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. Si autem post penitentiam tantam ubertatem Deus verum omnium peccatorum, quid respondet Novatus negans penitentiam, & reformari posse peccatores in pristinum statum, si digna fuerit opera penitentiae?

Idem confirmat S. Hier. in c. 3. Epist. ad Galatas, ad illa verba: Tanta passi estis sine causa? ubi haec habet: Quicumque ob Christi fidem laboraverit, & postea lapsus fuerit in peccatum, sicut prius sine causa dicitur passus fuisse dum peccat, sic rursus non perdet, si ea ad pristinam fidem, & antiquum studium revertatur.

Denique idem probat Apostoli verba ad Hebr. 6. 10. Non enim iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionem, quam ostendistis in nomine ipsius. Quod non solum deus: Qui acceptam gratiam perpetuo conservaverint, verum etiam de illis, qui amissam recuperaverint, intelligendum docet Sacra Synodus Tridentina, Sessio. 6. Cap. 16.

CAPUT III.

De Materia Penitentiae.

Duplicem Penitentiae materiam distinguere Theologus solent, remotam nimirum, & proximam.

PROPOSITIO PRIMA.

Materia remota Penitentiae sunt peccata detestanda, & destruenda.

Cone. Catech. p. 261, s. 14.

UT enim ignis materiam ligna esse dicimus, quae vi ignis consumuntur: ita peccata, quae Penitentiae delentur, recte huius Sacramenti materia vocari possunt. Unde Apost. 2. ad Cor. 11. sit: Non operetur Penitentiam super immunditiam, & fornicatione, & impudicitiam, quam gestaverunt.

S. Th. q. 74. art. 2. ad 3.

III. Cum autem plura sint peccatorum genera, scilicet originale & attuale; idque ut mortale, ut veniale: peccatum originale non est Penitentiae materia; cum illud Baptismi Sacramento, ad id spectatum instituitur, non Penitentiae delentur, quae veniunt dumtaxat circa peccata propria venientia commissa. Si tamen Penitentiae vocabulum magis extensa significatione sumatur, prout est displicentia, & detestatio mali praeteriti, peccatum originale penitentiae virtutis obiectum quatenus dicitur potest. Quis enim Fidelium non detestatur illum malum, quod ab Adamo primo generis humani parente, & capite, quo omnes homines unus homo fuerunt, carnali generatione propagatum, omnes peccatores constituit, & tot malorum fœderigo fuit, ignorantiae, malitiae, concupiscentiae, & infirmitatis, quibus omnes animae vires vulneratae sunt, & infectae: mortis insuper, quae per peccatum in Mundum intravit? Docente Apost. ad Rom. 5. 12. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pervenit, in quo omnes peccaverunt. Cui peccatum illud non displicet, quod iustitiae originalis privatio est, & legis illius origo, quam in membris nostris fœderis legi mens nostrae repugnantem, & captivum nos in lege peccati? Peccatum vero actuale mortale est propria, & praecipua materia, circa quam Penitentia versatur: propria quidem, quia proprie nos penitentiam coram, quae nostra voluntate commissimus, praecipua vero, quia hoc Sacramentum ad deletionem peccati mortalis principiter institutum est. Peccatum denique veniale propria quidem est & sufficientis, sed non praecipua, & necessaria penitentiae Sacramenti materia: cum absque Confessione Sacramentali eius evas, atque Sacerdotis Absolutionem remitti possit aliis mediis ad eius remissionem, & expiationem institutis.

Rom. 7. 23.

S. Th. q. 74. r. 2. & 3.

IV. Media prout, quibus remissio peccatorum venialium confertur, sunt primo fervor caritatis, virtutalem quandam filiorum displicentiam includens, ut loquitur S. Thomas, cum scilicet homo ita in Deum, resque divinas affectus est, ut quicquid illi occurreret, quo motus eius in Deum retardaretur, displiceret ei, & doleret se id commississe, etiam si actu de illo non cogitaret. Secundo, remittuntur peccata venialia per Eucharistiam, Unionem Extremam, & omnia generatim Sacramenta Novae Legis, in quibus gratia infunditur. Quamvis enim novae gratiae infusione ad remissionem peccati venialis non sit opus, sed motus aliquis, & fervor caritatis sufficientis: quia tamen infusio gratiae non

sic in adultis aetatis hominibus absque actuali motu liberi arbitrii in Deum, & in peccatum, ita ut in illum se converteret, istud vero delectaret, ideo quoties novis gratia infunditur, peccata venialia remittuntur. Tertio ad remissionem peccatorum venialium vel Sacramentalia, quatenus vel cum motu detestationis peccatorum coniecta sunt, ut Confessio generalis, confessio peccatorum, & Oratio Domitica: vel cum motu reverentiae in Deum, resque divinas, ut Benedictio Episcopalis, aspersio Aquae Benedictae, Oratio in Ecclesia consecrata, & alia huiusmodi.

Namquam tamen peccata venialia remittuntur sine penitentiae virtute: remitti nempe non possunt, quia voluntas illis adheret. Unde nec Martyrium venialia peccata delet, si actualiter voluntatem peccato inveniunt inhaerentem; (inquit S. Th.) Nec Sacramentalia quicquam ad remissionem peccatorum venialium conducunt, nisi quatenus inclinant animam ad motum penitentiae, qui est detestatio peccatorum, vel implicita, vel explicita: ut loquitur idem Doctor Angelicus. Si vero ergo fœdo impedit effectum Baptismi: sic actualis ad peccatum veniale adhaerentia, Sacramentalium immo & Sacramentorum effectum impedit, quoad illius deletionem. Haec autem remedia peccatorum venialium maculas absterunt, cum virtute adiacentis satisfactionis, cum etiam virtute caritatis, cuius motus per illa excitatur. At peccata debitorum non expungunt, nisi secundum mensuram fervoris in Deum, quandoque magis, quandoque minus (inquit S. Th.)

PROPOSITIONIS CONSECTARIA PRAXIM SPECTANTIA.

Ad remissionem peccati mortalis perfectior penitentia requiritur, quam ad remissionem venialium. Necessè quippe est, ut homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur, quantum in ipso est: adeoque, ut diligentiam adhibeat ad memorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur. Id autem minime necessarium est ad remissionem peccatorum venialium, sed sufficit penitentia virtualis, Ita docet S. Thom. 3. p. q. 87. art. 1.

II. Virtualis Penitentia non sufficit ad remissionem peccatorum mortalium, nisi coram, quae e memoria exciderunt, nec illi occurrunt post diligentem inquisitionem. Ita S. Thom. ibidem.

III. Sicut peccatum mortale remitti non potest, quamvis voluntas peccato adhaeret, ita etiam nec peccatum veniale. Manet enim veniale peccatum, quamvis manet voluntas ad creaturam praeter modum converti, & ad conversionem retardata, ne prompte in Deum feratur. Amor enim verum terrenarum, spiritualium visum penitentiam (inquit S. Aug. Ser. 112. alias 33. De Verbis Apost. Et Ser. 311. alias De Diversis 115. Amare (inquit) & nolite amare: ad aliquid amare, & ad aliquid amare nolle. Etenim, quod ad profectum amatur, & est, quod ad impedimentum amatur. Noli amare impedimentum, si non vis invenire terrenum. Quod amas in terra, impedimentum est: visum est penitentiam spiritualium hoc est virtutum, quibus volatur ad Deum. Capi non vis, & visum amas? Namquid illo non caperis, quia dulciter caperis? Quoties magis delictis, tanto fortius stragulat.

IV. Penitentia de peccatis mortalibus includit necessarium propositum abstinendi ab omnibus, & singulari huiusmodi peccatis: sed ad penitentiam venialium necessarium quidem est propositum abstinendi a singulari, non tamen ab omnibus: Quia hoc infirmitas huius vitae non patitur. Omnia enim peccata venialia vitare impossibile est. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Nemoque Iulorum est, Deipara Virgine excepta, qui Oratioe Domitica remissionem peccatorum peccati non indiget his verbis, Dimitte nobis debita nostra.

V. Ad venialium peccatorum penitentiam homo debet habere propositum se preparandi ad peccata venialia minuentia: alioquin esset ei periculum deficienti, cum desereret appetitum proficiendi, seu tolleret impedimentum spiritualis profectus, quae sunt peccata venialia. Ita S. Thom. Idem confirmatur ex verbis Domini, & Apostolorum: Luc. 9. 62. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est Regno Dei. Ad Ephes. 4. 15. Veritatem facientes in caritate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus. 2. Petri 3. 18. Crescite in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi. Apoc. 22. 2. Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Quomodo autem in caritate crescere possimus, quomodo in iustitia proficere, nisi ad venialia peccata minuenda parati sumus, omnique studio, ac vigilantia entiamus? Hinc S. Aug. Ser. 169. alias 15. De Verbis Apostoli: Fratres (inquit) sumus. Dicitis, Quid est ambulare? Brevis dico, Professores: ne forte non intelligatis, & pigrius ambuletis. Semper tibi displicet, quod es, si vis pervenire ad id, quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi romanuisti. Si autem dixeris, Sufficit: & peperisti: semper ad id, semper ambulat, semper profect: noli in via remanere noli

Penitentia perfectior ad mortale peccatum, quam ad veniale, quia ad mortale peccatum voluntas peccato adhæret, quoad illius deletionem.

S. Th. ib.

S. Th. ib.

1. Jo. 1.

S. Th. ib.

Rom. 6. & Gal. 5.

Tres actus Penitentiae.

Contritio, Confessio, Satisfactio ad integritatem Sacramenti Penitentiae necessaria.

S. Th. ib.

Tres actus Penitentiae.

S. Th. ib.

Joel. 2.

noli velle redire, noli deviare. Remanet, qui non profectus vero edit, qui ad se revolvitur, unde iam absecesserat, deviat qui apparet. Melius ita claudat in via, quam cursor prater viam. Ad venialia porro peccata minuenda ille dumtaxat paratus est, qui contra concupiscentiam pugnat, qui toto studio collaborat, ut in se destruat Corpus peccati, qui Spiritu ambulat, & desideria carnis non persequitur, qui Spiritu facta carnis mortificat, qui Carnem suam cum vitis, & concupiscentiis crucifigit.

PROPOSITIO II.

Tres actus Penitentiae, scilicet Contritio, Confessio, & Satisfactio, sunt quasi materia proxima Sacramenti Penitentiae, eius denique Sacramenti partes.

Actus enim illi, qui ad integritatem Sacramenti Penitentiae, & plenam ac perfectam peccatorum remissionem, ex Christi institutione sunt necessarii, hac ratione sunt partes Penitentiae: tres porro illi Penitentiae actus ad integritatem Sacramenti Penitentiae, & plenam, ac perfectam peccatorum remissionem, ex Christi institutione sunt necessarii: sunt igitur partes Penitentiae. Ac primum quidem Contritionem ex Dei institutione ad integritatem Sacramenti Penitentiae, & ad remissionem peccatorum esse necessarium, constat ex verbo Dei, quo peccatoris animae conversio ad Deum vel genuinus & essentialis Penitentiae character exprimitur. Ezech. 18. Convertimini, & agite Penitentiam ad omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et 33. Si impius non fuerit conversus a via sua, ipse in iniquitate sua morietur. Joel. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite coram vestro. Luc. 13. Si Penitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. Quid autem est Penitentia, nisi detestatio licet, seu odium peccati, cum proposito deinceps non peccandi? 2. ad Cor. 7. Gaudete, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad Penitentiam. Contristati enim estis secundum Deum.

Confessionem ex institutione Christi pariter necessarium esse ad peccati mortalis remissionem in Novi Legis, probat Christi verba, Jo. 20. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ex quibus constat, Dominum nostrum Iesum Christum e terris in caelos ascensurum: sui ipsius Vicarios reliquit, etiamquam Praefides, & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina delabantur, in quae Christi Fideles deciderint, ut vice Christi sententiam Absolutionis, vel retentionis pronuntient. Quod iudicium incognita, cuius exerceri non potuit, ut loquitur Conc. Trid. Sess. 14. cap. 5.

Satisfactionem denique ex Dei institutione esse necessarium ad remissionem peccatorum, sunt certe satisfactionis propositum, probat illud Joelis 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, in fletu, & planctu. Illud item Luc. 3. Facite fructus dignos Penitentiae. Item illud Luc. 11. Date elemosynam, & ecce omnia mundata sunt vobis.

Singulari illa Propositione ex Traditione facile confirmatur ipsius sententiam, sed ordinis, & perspicuitatis gratia id singulariter Quæstionibus reservamus, quibus de Contritione, Confessione, & Satisfactione singularim agemus. Interim tamen nonnulli Patrum Reliquiosos tres illos Penitentiae actus ad integritatem Sacramenti Penitentiae necessarios esse ostendit, licet.

S. Cyrill. Lib. De Lapsis. Confiteantur singuli, quos vos fratres, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in seculo est, dum admittit Confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotes apud Dominum gratia est. Convertimini ad Dominum mente tota, & penitentiam criminis illi se anima proferat: illi misericordia satisfaciatur: illi spes omnia inveniatur. Rogare qualiter debemus, dicit ipse. Revertimini, inquit, ad me, in toto corde vestro, simulque & non vestimenta vestra. Ad Dominum toto corde redeamus. Item & essetiam eius: ieiunium, fletum, planctum, sicut admovent ipse, placemus. Si precem toto corde quis faciat, si veris penitentiae lamentationibus, & lacrymis ingemiscat, si ad omnium delicta sui Dominum iustus, & contritus operibus inspectat, miserere talium potest. Penitentiam, operant, rogant potest elementer ignoscere, potest in acceptum referre, quicquid pro talibus & patienti Martyres, & fecerit Sacerdotes.

S. Ambrosii Joannis Chrysostomi. Sermone De Penitentia, cuius haec sunt verba: Penitentia cogit Penitentem omnino liberare: terra: in corde eius contritio, in ore confessio, in opere vero humilitas: ut quibus malis Deum offendimus, corde, ore, opere, istis reconciliemur. Deo sicut quidem per Contritionem, ore per Confessionem, ac opere per Satisfactionem.

S. Aug. Ser. 351. De Penit. alias 50. inter Homilias quinquaginta. Implentur (inquit) tam misericorditer, vinculis peccatorum, deservit, aut differt, aut dubitat conjugare ad ipsas clavos Ecclesiae, quibus solvatur in terra, ut sit solutus in Nat. Alex. Theol. Tom. I.

culo, & audeat sibi post hanc vitam, quatenus Christianus dicitur, saltem aliquam polliceri. ... Iudicet ergo ipsum homo in istis voluntate, dum potest, & mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit, etiam praeter voluntatem a Domino iudicetur. Et cum ipse in se praeter voluntatem a Domino iudicetur, sed tamen medicina sententiam, sicut Antistes, per quos illi in Ecclesia claves ministrantur: & tanquam bonus iam incipiens esse filius, membrorum ordine custodit, a Praepositis Sacramentorum accipiat satisfactionis sui modum: ut in offerendo Sacrificio cordis contribulati devotus, & simplex, id tamen agat, quod non solum ipsi proficiat ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum.

S. Ambrosii, Lib. 2. De Penitentia, cap. 5. Qui agit penitentiam (inquit) non solum diluere lacrymis debere peccatum suum, sed etiam emendatioribus factis operare, & tegere delicta superiora. Cap. 6. si vis iustificari, facere delictum tuum. Solvi enim criminum necesse perverenda Confessio peccatorum. Sed auaritia, qui agunt penitentiam, quomodo agere debent: quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua confessione visentur, qua coram conversione. Vide, inquit, Domine, quia tribulor, ventus meus turbatus est a fletu meo, conversus est cor meum in me. Cognovisti intentionem animi, fidem mentis, ergosce & habiunt corporis. Sederunt, inquit, in terra, tacerunt Seniores filiae Sion, & impoluerunt terram super caput suum, praecurrunt se in cilicio, Sec. sic flevit, & Ninive Populus, & denuntiatum excidium civitatis evasit. In te igitur ut evades, vult rogari Dominus, vult de se sperari, vult sibi supplicari. Homo es, & vis rogari ut ignoscatur, & punit Deum tibi non roganti ignoscere? Isti Dominus Jerusalem flevit, ut quia ista flere volebat, Domini lacrymis ad oculum peringeret. Ipsi non flete vult, ut evadere possint, sicut habet scriptum in Evangelio: Filiae Jerusalem nolite me flere, sed vos ipsas flete, flevit David, & morat, ut mortem populi praesentis divina removeret misericordia, quando tribus suis propositis operibus, et tamen, in qua maiorem Domini miserationem experirentur, elegit. Contritionem lacrymis demonstratam, Confessionem, Satisfactionem precibus, emendatioribus factis, spontaneis corporis castigatibus constantem, s. Ambrosii ad solvendo peccatorum nexus necessarios esse docet.

S. Gregorii, five alterius Auctoris Commentarii in Lib. 1. Regum inter eius Opera editi Lib. 6. Quid prodest (inquit) confiteri flagitia, si Confessio necem non sequitur assuetio penitentiae? Tria quippe in unoquoque consideranda sunt veraciter penitente, videlicet Conversio mentis, Confessio oris, & Vindicta peccati. Nam qui corde non convertitur, quid prodest ei, si peccata confiteatur. Peccatum quod diligitur, confitendo minime deletur. Nonnulli quidem sunt, qui peccata confitendo aperiant, sed non convertendo nequaquam detestantur. Isti profecto confitendo nihil agunt, quia quod loquendo eiciunt, amando introducunt. Unde & salubriter confiteri volentibus Scriptura inquitur dicitur, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quid esset credere ad iustitiam, nisi voluntatem dirigere ad fidem per dilectionem operantem? Cum ergo quis cordis intentionem ad iustitiam per amorem dirigit, per initium bona voluntatis fructum habet bona conversionis. Hic certe iam ad salutem confitetur: quia plus loquendo de vulnere eicit, quam conversione compungit. Tertia ergo species, id est vindicta, quasi medicina necessaria est: ut obstinatus, quod conversione compungitur, conscientia purgetur, assuetioque medicina sanetur. ... Signum ergo verae conversionis non est in ore Confessio, sed in assuetio Penitentiae. Tunc namque bene conversum peccatorem credimus, cum digna assuetio nis asseritate detere videtur, quod loquendo confitetur.

Quod autem tres illi Penitentiae actus ad integritatem Penitentiae concurrant, probat S. Thomas 3. pat. qu. 90. art. 2. hoc posito principio, quod alio modo sit compensatio offensae in Penitentia, & in iustitia vindicæ. In ista enim fit compensatio offensae secundum arbitrium Iudicis: in illa vero secundum voluntatem peccantis, & arbitrium Dei, in quem peccatur, & quicum reconciliatio amicitiae per Penitentiam requiritur. Necessaria igitur est in penitente voluntas compensandi offensam, five faciendi iniuriam, quod fit per Contritionem: secundo, ut se subiaciat arbitrio Sacerdotis, vice Dei, quod fit in Confessione: tertio, ut offensam compenset secundum arbitrium Ministris Dei, quod fit in Satisfactione.

Tribus autem Divinum Personarum attributis tres illa penitentiae partes per accommodationem quandam respondent: Contritio misericordiae, vel bonitatis, propter delictum de malo: Confessio sapientiae propter veritatis manifestationem: Satisfactio potentiae propter satisfaciendi laborem. Potentia Patri, sapientia Filio, misericordia, & bonitas Sp. Sancto tribuitur. Ita S. Th. qu. 7. Supplementi, art. 3. ad 3. Sed contritio est prima pars Penitentiae, efficaciam alii paribus praebens: ideoque eodem modo iudicatur de tota Penitentia, sicut de contritione.

Denique Eugen. IV. in Decreto pro Instructione Armenorum, & Sacra Synodus Tridentina Sess. 14. c. 3. & can. 4. tres partes penitentiae assignant, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem.

Thes. a.

Luc. 21. Luc. 21. 2. REG. 24.

Tres actus Penitentiae.

Rom. 10.

Tribus Divinarum Personarum attributis tres penitentiae partes respondent.

Tres actus Penitentiae.

CAPUT IV.

De Materia proxima, seu Partibus Sacramenti poenitentiae, & primo quidem de Contritione.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Contritio: Et in quo vis illius posita sit.

Contritio Concilio Trid. Sess. 14. cap. 4. definitur: Animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero.

Doloris nomine non is intelligitur, quem corporis sensu percipimus: Contritio enim est voluntatis actio: & s. Aug. Sermon 351. alius quinquagesima inter Homilias quinquaginta, testatur dolorem illum poenitentiae comitem esse, non poenitentiam. Sicut enim inquit comes poenitentiae dolor est: ita lacrymae sunt testes doloris. Verum peccati detestationem, & odium, doloris vocabulo Patres significarunt: tum quia sacra Litterae eo sensu illud usurpant; ait enim David Psal. 12. Quamvis iniquam consilium in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Tum quia dolor in inferiori etiam animae parte, qui concupiscentiam vim habet, ex ipsi Contritione plerumque oritur, quamobrem Contritio non incommode dolor definitur, quod dolorem efficiat, ad eumque declarandum poenitentem vestem etiam mutare soliti fuerint, ut observat Concilium Trid. Catechismus. Quae de re Christus Matthaei 11. ait: Va tibi Corozaim, va tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent.

Recte autem Contritionis nomen haec de peccatis interno dolori impositum est, ducta similitudine a rebus corporalibus, quae minutim fixo, aut durior aliqua materia confringuntur: ut eo vocabulo declaratur, corda nostra: quae superbia obdurantur, Poenitentia vi contundi, atque conterunt. Quae nullus alius dolor, vel parentum, & filiorum obsequium, vel cuiusvis alterius calamitatis causa suscipitur, hoc nomine appellatur: (ut observat Conc. Tridentina Catechismus.) Sed illius tantum doloris proprium est nomen, quo ex amissa Dignitate, atque innocentia afficiuntur. Quia enim initium omnis peccati est superbia, per quam homo sensu suo inharens, a mandatis divinis recedit: oportet, ut id, quod destruxit peccatum, hominem a proprio sensu discedere faciat. Qui autem in suo sensu pertinax est, rigidus, & durus per similitudinem appellatur: & frangi dicitur illi, quando s. suo sensu divellitur. Et quia ad dimissionem peccati requiritur, quod affectum peccati homo totaliter dimittat, quem per quamquam contritionem, & soliditatem in suo sensu habebat: ideo dicitur, quod peccatum dimittitur, Contritio dicitur per similitudinem, & inquit s. Thom. in 4. Sententiarum, Dist. 17. q. 2. art. 1. Verum aliquoties quae vocabulis eadem res declarari solent. Nam & Contritio cordis dicitur, quia cordis nomen frequenter sacrae Litterae pro voluntate usurpant. Sicut enim cor motuum omnium principium est: ita voluntas reliquos omnes animae vires moderatur, & regit. Vocatur etiam a SS. Patribus Coram compunctio: quos inter s. Joan. Chryso. Libros duos de Contritione a se editos. De compunctio cordis inscribere maluit. Quo etiam vocabulo s. Ephraem usus est. De extremo iudicio, & s. Hieronymus in Epistola, Lib. 2. De Summo bono, cap. 22. Quomodo enim tumida ulcera feruntur, ut in lacrimis visum possit erumpere: ita corda quasi scilicet contritionis adhibito includuntur, ut peccati mortiferum virus ex eis eliciatur, & exprimat, ac eo pacto a lethali vulnere finentur adhibito Sacramenti caelestis medicamine, & gratiae medicinali Christi per Sacramentum subministrata virtute. Quamobrem a Ioseph Propheta scissio cordis vocata est: Convertimini ad me inquit Dominus in toto corde vestro, in jejuniis, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra.

Dicitur Dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: quia contritionis vis in eo solum posita non est, ut quis peccare desinat, aut propositum ei esse novum vitae genus institueret, aut ipsum iam instituat: sed in primis male actae vitae odium, & expulsiō facienda est. Haec igitur tria includit dolor de peccato sincerus; primo caelestem a peccatis: deinde eorum odium, ac detestationem; tertio vitae novae propositum, atque inchoationem. Dolere namque de peccato nemo potest, nisi prius ab illis cessaverit. Hinc Isaia 1. dicitur: Levamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quae rite iudicium, discite benefacere. Et cap. 55. Derelinquit impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertitur ad Dominum, & miseretur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Apostolus etiam prius hortatur Romanos, ut abiciant opera tenebrarum, deinde ut induantur arma lucis. Abiciamus ergo inquit opera tenebrarum, & induamus arma lucis. Sicut in die hostes ambulamus: non in commensationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & in turpitudinibus, non in conceniis, & amulationibus, sed

Definitio Contritionis.

Contritio nis notio.

Eccl. 10.9.

Fides non est pars poenitentiae, sed dispositio ad illam necessaria.

Cur tres materiae Sacramenti poenitentiae quali materiae Sacramenti poenitentiae a C. Trid. dicantur.

Sola Contritio numerum suum superari potest.

Daes poenitentium officia.

Ephes. 4.

sed induimini Dominum Jesum Christum. Et Ephesios prius debere iustitiam secundum primum servationem, veterem hominem; qui corruptus secundum desideria carnis: deinde subijungit; Renovamini autem spiritu mentis vestrae, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Qui reconciliari vult amico, quibus cum antea in injuriis afflicto, ab iis deinceps iam abstinere, quo facilius redire possit in gratiam. Quae autem est illa Poenitentiae ratio, quam ut reconciliemur Deo, remissione peccatorum impetrata? Cessamus itaque a peccatis necesse est, in quibus, vel in proximis illorum occasione quoadvis persequitur aliqui, dolere de illis; eoque ex animo detestari non potest. Primum itaque cessandum est a peccatis, quod tamen solum non sufficit. Docteam insuper oportet, quod ea perpetraverimus aliquando, ac sicut ea placerent antea, sic deinceps detestemur, & odio habeamus. Hinc Ezechielis 18. dicitur. Projicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus praevaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum. Quae etiam pertinent poenitentiae, & tristitia, doloris & gemitus vocabula, quibus Scriptura sacra utitur; ut cum Christus ait, Luc. 13. Poenitentiam non aegeritis, omnes similiter peribitis. Et 2. ad Corinth. 7. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad Poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quae enim secundum Deum tristitia est, Poenitentiam in salutem stabilem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos quamquam in vobis operatur sollicitudinem: sed desensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed vindictam. Id vero maxime confirmant illi Poenitentiam clamantes, quos in Sacris Litteris frequenter editos esse legimus. Laboravi, inquit David, in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectulum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Exaudivit Dominus vocem fleus mei. Afflictus sum, & humilitatis sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei. Et gemitus meus a te non est absconditus. Et Isaia 38. Ezechiel Rex Poenitentem ait: Domine vim patior. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Quas certe, & alias humilissimi voces vehementer quoddam antea vitae odium, & peccatorum detestatio expressit. Unde s. Aug. Ser. 352. alius 27. inter Homilias quinquaginta, ait: Nemo elegit vitam novam, nisi quem veteris poenitet. Communis certe sensus indicat, ad novam vitam inchoandam opus esse detestationis vitae prioris, & displicentiae. Etiam homini si quis reconciliari vult, ostendit sibi displicere quod cum aliquando offenderit. Quod si delectari se illius injuriis indicaverit, eoque nomine sibi placere, tantum abest, ut in gratiam redeundi potest illi fiat, majorem etiam ut iram sibi cumulet. Si ad hunc modum agi est enim homine aequo ac non mortali, quo ore ad Deum accedemus? quae fronte et reconciliari postulabimus, nullum de injuriis ipsi factis dolorem pro nobis ferentes?

Merito itaque damnata est Propositio ista Lutheri: Optima Poenitentia, nova vita: quatenus significat non aliam a nois esse Poenitentiam, quam vitam bonam imposter. Declaravique Sacra Synodus Tridentina Sess. 14. c. 4. Contritionem non solum cessationem a peccato, & vitam novam propositam, & inchoationem; sed veteris etiam odium continere.

Dicitur, Cum proposito non peccandi de cetero: Quia Poenitentia sincera non est, nisi Poenitentem certam, & stabilem vitam emendandae cogitationem suscipiat, & voluntatem habeat. Hoc vero differit verbi Deum docet. Ezechielis 18. Si impius egerit Poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quae operatus est, non recordabor. Et paulo post: Cum converteris se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam, ipse animam suam vivificabit. Ac paucis interjicit: Convertimini, & agite Poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non eris vobis in ruinam iniquitatis: projicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus praevaricati estis: & facite vobis cor novum, & spiritum novum. Item edam Christus Dominus mulieri in adulterio deprehensa praescripsit, Joannis 8. Vade & amplius non peccare. Item Paralipico-illi, quem ad probaticum piscinam curvaverat, Joannis 5. Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Secunda quoque ipsa, & ratio plene ostendunt, duo illa ad Contritionem esse in primis necessaria dolorem scilicet de peccato admisso, & propositum, cautionemque, ne quid humilissimi impulerem committatur. Nam qui amico reconciliari velit, quem injuria aliqua affecerit, & dolere necesse est, quod in eum fuerit injuriis, & diligenter imposterum caveat, ne qua in re amicitiam laesile videatur. Quae duo obedientiam adsumunt habent oportet. Hominem enim legi fide naturalis, & divina, sive humana, quibus subiectus est, parere convenit. Quamobrem ipsi Contritio confitendi, & satisfaciendi voluntatem conjunctam habere debet. Unde Concilium Tridentinum Sess. 14. cap. 4. ait: Contritionis officium non demum preparat ad remissionem

peccatorum, si cum fiducia divina misericordiae, & voto praestandi reliqua conjuncta sit, qua ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.

Contritionis definitionem, ejusque mox datas explanationes Sacrorum Canonum auctoritas confirmat, scilicet Canon Poenitentiae, Dist. 3. De poenitentia, ex s. Gregorio Lib. 9. Ep. 39. alique Patribus desumptus, cujus haec sunt verba: Poenitentia est, & mala praevaria plangere, & plangendum iterum non committere. Et Canon Ille, eadem distinctione, qui ex s. Isidoro, Lib. 2. De Summo Bono, c. 13. excerptus est: Ille Poenitentiam digne agit, qui se praestita mala deplorat, ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quasi si quis laevo latrem crudum, quem quantum magis laevet, tanto amplius laevo fit.

Definitionem Contritionis a Sac. Syn. Trident. consecratam, ceteris merito anteponimus, quos s. Th. refert in 4. Sent. loco supra laudato. Definiebatur a quibusdam, Dolor de peccatis assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Ab aliis, Dolor voluntarius pro peccato, semper puniendus, quod dolor commissi. Quae definitio ex Libro De Vera, & falsa Poenitentia sub nomine s. Aug. edito colligitur. A s. Isidoro L. 2. De Summo Bono, c. 12. Compunctio, & humilitas mentis cum lacrymis, veniens de recollectione peccati, & timore iudicii. Ab aliis, Dolor remissionis peccati. Quae definitio colligitur ex s. Aug. Enarrationibus in Jo. 74. & 146. Ab aliis denique, Humilitas spiritus annihilationem peccati inter spem, & timorem: quae definitio eruitur ex s. Gregorio Lib. 33. Moralium. c. 11.

Definitionem Contritionis a Sac. Syn. Trident. consecratam, ceteris merito anteponimus, quos s. Th. refert in 4. Sent. loco supra laudato. Definiebatur a quibusdam, Dolor de peccatis assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Ab aliis, Dolor voluntarius pro peccato, semper puniendus, quod dolor commissi. Quae definitio ex Libro De Vera, & falsa Poenitentia sub nomine s. Aug. edito colligitur. A s. Isidoro L. 2. De Summo Bono, c. 12. Compunctio, & humilitas mentis cum lacrymis, veniens de recollectione peccati, & timore iudicii. Ab aliis, Dolor remissionis peccati. Quae definitio colligitur ex s. Aug. Enarrationibus in Jo. 74. & 146. Ab aliis denique, Humilitas spiritus annihilationem peccati inter spem, & timorem: quae definitio eruitur ex s. Gregorio Lib. 33. Moralium. c. 11.

Definitionem Contritionis a Sac. Syn. Trident. consecratam, ceteris merito anteponimus, quos s. Th. refert in 4. Sent. loco supra laudato. Definiebatur a quibusdam, Dolor de peccatis assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Ab aliis, Dolor voluntarius pro peccato, semper puniendus, quod dolor commissi. Quae definitio ex Libro De Vera, & falsa Poenitentia sub nomine s. Aug. edito colligitur. A s. Isidoro L. 2. De Summo Bono, c. 12. Compunctio, & humilitas mentis cum lacrymis, veniens de recollectione peccati, & timore iudicii. Ab aliis, Dolor remissionis peccati. Quae definitio colligitur ex s. Aug. Enarrationibus in Jo. 74. & 146. Ab aliis denique, Humilitas spiritus annihilationem peccati inter spem, & timorem: quae definitio eruitur ex s. Gregorio Lib. 33. Moralium. c. 11.

peccatorum, si cum fiducia divina misericordiae, & voto praestandi reliqua conjuncta sit, qua ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.

Contritionis definitionem, ejusque mox datas explanationes Sacrorum Canonum auctoritas confirmat, scilicet Canon Poenitentiae, Dist. 3. De poenitentia, ex s. Gregorio Lib. 9. Ep. 39. alique Patribus desumptus, cujus haec sunt verba: Poenitentia est, & mala praevaria plangere, & plangendum iterum non committere. Et Canon Ille, eadem distinctione, qui ex s. Isidoro, Lib. 2. De Summo Bono, c. 13. excerptus est: Ille Poenitentiam digne agit, qui se praestita mala deplorat, ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quasi si quis laevo latrem crudum, quem quantum magis laevet, tanto amplius laevo fit.

Definitionem Contritionis a Sac. Syn. Trident. consecratam, ceteris merito anteponimus, quos s. Th. refert in 4. Sent. loco supra laudato. Definiebatur a quibusdam, Dolor de peccatis assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Ab aliis, Dolor voluntarius pro peccato, semper puniendus, quod dolor commissi. Quae definitio ex Libro De Vera, & falsa Poenitentia sub nomine s. Aug. edito colligitur. A s. Isidoro L. 2. De Summo Bono, c. 12. Compunctio, & humilitas mentis cum lacrymis, veniens de recollectione peccati, & timore iudicii. Ab aliis, Dolor remissionis peccati. Quae definitio colligitur ex s. Aug. Enarrationibus in Jo. 74. & 146. Ab aliis denique, Humilitas spiritus annihilationem peccati inter spem, & timorem: quae definitio eruitur ex s. Gregorio Lib. 33. Moralium. c. 11.

ARTICULUS II.

De Necessitate, & Utilitate Contritionis.

PROPOSITIO PRIMA.

Contritio ad remissionem peccatorum mortalium, & ad justificationem peccatoris ita necessaria est, ut sine ipsa peccatorum remissio, & gratia justificans obtineri non possit.

Id probant omnia Scripturae Sacrae loca, quibus Poenitentiae, conversionis ad Deum, scissionis cordis necessitas significatur. Joelis 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, in fletu, in planctu, & scindite corda vestra. Quando flere, quando plangere, quando scindere cor jubet, quid aliud quam Contritionem praecipit, sine qua toto corde converti ad Deum non possumus? Ezechielis 18. Convertimini, & agite Poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non eris vobis in ruinam iniquitatis. Hinc 40. Dominus evangelizare pauperibus misere me, sanare contritione corde. Ex quo vel solo colligitur, qui sanari vult per Poenitentiam, eum contrito corde esse oportere, Christus etiam dixit Luc. 13. Si Poenitentiam non aegeritis, omnes similiter peribitis. Et Princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis Poenitentiam commendans Annum 2. dicebat: Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Poenitentiam poro peccati odium, & detestationem, vitaeque novae propositum, & inchoationem complecti, in quo posita est Contritio, articulo superiore probatum est. Idque ex Tertulliano confirmatur Lib. De Poenitentia, c. 9. Itaque inquit Exomologesi proferendum, & humilitatis hominis disciplina est, conversationem in iungens misericordiam illi, de ipsa quoque habitu, argue vicia mandata, facies, & cinere incubare, corpus sordibus obscurare, animam moribus detinere; illa, quae peccatis, tristitia ratione mutare. Plurimique vero jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrymare, & nutrire dies, nosque ad Dominum suum, praesertim ad vultu, & caris Dei adgeniculari.

Item ex s. Cyrillio in Tractatu De lapsis, dicente: Convertamur ad Dominum mente ista, & Poenitentiam criminis veris doloribus exprimentes, Deum misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi multissima satisfaciunt: illi spes omnis incumbat. Rogare qualiter debeamus, haec ipse: Revertimini inquit ad me ex toto corde vestro, in jejuniis, & in fletu, & in planctu; & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Ad Dominum toto corde rediamus. Iras & offensam ejus jejuniis, fletibus, planctuibus, sicut ammonet ipse, placemus. Lamentari eum precamur ex toto corde, jejuniis, fletibus, planctuibus Dominum deprecemur, qui ex primo criminis die lavacra quotidie celebrat, qui epulis assuetibus passus, & sagina largiore disensus, crudelitatem suam postrema ruciat, nec cibos, & potus suos cum pauperum necessitate communit: Qui bilis, ac laetus incedit, quomodo mortem suam desit? Cumque scriptum sit, Non corruptis esligent barbæ vestrae; barbam vellit, & faciem suam comit: & placere nunc cuiquam suadet, qui Deo displicet? An illa ingemiscit, & plangit, cui vacat cultum pretiosam vestis induere, nec indumentum Christi, quod perdidit, cogitare? Accipere pretiosa ornamenta, & monilia elaborata, nec divini, & caelestis ornatus anima deslere. Si quem de tuis caris mortalitatem exitu perdidisset, ingemisceret pariter, & fletet, facie inculta, veste mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore dejecto indicia maroris ostenderet.

Joel. 1.

Necessitas Contritionis.

ver, Aniam tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua superuivere hinc tibi & ipsa ambulat...

Et infra: Agite Penitentiam plenam, dolentis, ac lamentantis animi probate mentium...

Idem confirmat S. Joannes Chrysostomus, Lib. 1. De Compunctione cordis. In legendum est (inquit) & stendum...

Necessitas Contritionis

ulionem incendit. Post humilitatem vero opus est intensi precibus...

Idem confirmat S. Aug. Enarrat. in Psalm. 74. Omnia sublimia ut contingamus...

Disortum cor parum est, quod se non corrigat ad Deum, & Deum vult distorquere ad se...

Denique Propositionem nostram Tridentinum Concilium dicitur verbis altius Sess. 14. cap. 4. Eius autem (inquit)...

PROPOSITIO II.

Fructus Contritionis Sacramenti est.

Hanc Propositionem Concilii Cathacismus ex eo probat, quod cum plerumque alia pietatis studia, velut beneficia in pauperes, jejunia, preces...

Idem confirmatur ex Psalm. 31. Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino...

ARTICULUS III.

Quotuplex sit Contritio.

Contritio duplex est, ut docet Concilium Trident. Sess. 14. cap. 4. perfecta scilicet, & imperfecta.

Psalm. 31.

Psalm. 30.

quidem perfecta contritio peccati remissionem operatur: carnis enim perfecta stare cum reatu peccati non potest...

Id confirmat Con. Cathacismus p. 2. Cap. De Penitentia Sacramento, §. 47. Ex Fidei (inquit) Catholica doctrina omnibus credendum...

Obicitur quispiam, SS. Patres, & praesertim S. Greg. Magnum, exemplo Lazari prius ad vitam a Christo revocati...

Respondetur, Peccatorem non absolvi a sacerdote, nisi prius herit a Deo sicutus a morte peccati vitam gratiae...

Respondetur, Peccatorem non absolvi a sacerdote, nisi prius herit a Deo sicutus a morte peccati vitam gratiae...

Confirmatur haec Responsio ex S. Thom. idem argumentum trahente Opusc. 22. c. 2. Constat (inquit) quod Dominum Lazarum suscitavit...

Contritio perfecta est dolor de peccato commisso, ex amore Dei super omnia conceptus...

Contritio imperfecta, quae Attritio dicitur, est dolor, ac detestatio de peccato commisso, vel ex turpitudine peccati...

PROPOSITIO PRIMA.

Contritio perfecta hominem Deo non reconciliat sine voto Sacramento Penitentiae...

Qua ratione Contritio perfecta peccatorem justificat.

Quarta est Concilii Trident. Sess. 14. cap. 4. declarantis, Etsi contritioem aliquando caritate perfectam esse contingat...

Id confirmat praclarus S. Aug. locus, Serm. 351. alius quinquagesimus inter Homil. quinquaginta...

Id confirmat praclarus S. Aug. locus, Serm. 351. alius quinquagesimus inter Homil. quinquaginta...

Matt. 7. 22.

PROPOSITIO II.

Fructus Contritionis Sacramenti est.

Hanc Propositionem Concilii Cathacismus ex eo probat, quod cum plerumque alia pietatis studia, velut beneficia in pauperes, jejunia, preces...

Idem confirmatur ex Psalm. 31. Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino...

PROPOSITIO II.

Contritio perfecta non est necessaria ad justificationem peccatoris in Sacramento Penitentiae...

Contritio perfecta non est necessaria ad justificationem peccatoris in Sacramento Penitentiae...

Id colligitur ex Concil. Trident. Sess. 4. cap. 4. ubi declaratur, Contritionem imperfectam, quae Attritio dicitur...

Psalm. 11.

Psalm. 72.

Psalm. 40.

Necessitas Contritionis